

Litany of the Saints

ADT 6529

828610

THE
LITANY
OF
THE
SAINTS



A Grail Publication

THE LITANY OF THE SAINTS

for Congregational Use

Arranged by the Monks of St. Meinrad's Abbey



Published by The Grail

St. Meinrad

Indiana

Nihil obstat:

Rev. Kevin Ryan, O.S.B.

Censor deputatus

Imprimi potest:

✠ *Ignatius Esser, O.S.B.*

Abbot of St. Meinrad's Abbey

Nihil obstat:

Rev. Joseph Brokage, S.T.D.

Censor librorum

Imprimatur:

✠ *Paul C. Schulte, D.D.*

Archbishop of Indianapolis

May 16, 1951

Copyright 1951 by
St. Meinrad's Abbey, Inc.

Deacidified

RUBRICS

The *Exsurge* is sung only on the Feast of St. Mark and on Rogation Days.

All the invocations are repeated after the Cantor, except at the Mass of Ordination and at Forty Hours when only the first five invocations are repeated.

On Holy Saturday and on the Vigil of Pentecost the invocations marked with an asterisk (*) are omitted.

At Forty Hours:

The First Day


- 1) At the procession the *Pange Lingua* is sung up to the *Tantum Ergo*.
- 2) After the procession the *Tantum Ergo* is sung, followed by the Litany and the Prayers.

The Third Day

- 1) After Solemn Mass the Litany is sung up to and including the Versicle: *Domine, exaudi orationem meam.*
- 2) Procession and *Pange Lingua* as on the first day.
- 3) After the procession the *Tantum Ergo* is sung, together with the Versicle: *Panem de cælo . . .*
- 4) The Prayers that follow the Litany are sung.
- 5) Benediction of the Blessed Sacrament, "*Blessed be God . . .*"
- 6) *Te Deum* or *Holy God*.



Litany of the Saints

All stand



Repeat "Exsurge"

All kneel



Pater de cœlis *Deus*
Fili Redemptor mundi *Deus*
Spiritus Sancte *Deus*
Sancta Trinitas unus *Deus*

mi-se-re-re no-bis
mi-se-re-re no-bis
mi-se-re-re no-bis
mi-se-re-re no-bis

San-cta Ma-ri-a

o-ra pro no-bis

All rise

Sancta Dei Genitrix Ora ...
 Sancta Virgo Virginum
 Sancte Michael
 Sancte Gabriel
 Sancte Raphael
 Omnes sancti Angeli et Archangeli
 Orate ...
 Omnes sancti beatorum Spirituum or-
 dines
 Sancte Joannes Baptista Ora ...
 Sancte Joseph
 Omnes sancti Patriarchæ et Prophe-
 tæ Orate ...
 Sancte Petre Ora ...
 Sancte Paule
 Sancte Andrea
 *Sancte Jacobe
 Sancte Joannes
 *Sancte Thoma
 *Sancte Jacobe
 *Sancte Philippe
 *Sancte Bartholomæe
 *Sancte Matthæe
 *Sancte Simone
 *Sancte Thaddæe
 *Sancte Matthia
 *Sancte Barnaba
 *Sancte Luca
 *Sancte Marce
 Omnes Sancti Apostoli et Evangelistæ
 Orate ...
 Omnes sancti Discipuli Domini
 *Omnes sancti Innocentes
 *(Sancte Meinrade) Ora ...
 Sancte Stephane
 Sancte Laurenti

Sancte Vincenti

*(Sancte Placide cum sociis tuis)
 Orate ...
 *Sancti Fabiane et Sebastiane
 *Sancti Joannes et Paule
 *Sancti Cosma et Damiane
 *Sancti Gervasi et Protasi
 Omnes sancti Martyres
 Sancte Sylvester Ora ...
 Sancte Gregori
 *Sancte Ambrosi
 Sancte Augustine
 *Sancte Hieronyme
 *Sancte Martine
 *Sancte Nicolae
 Omnes sancti Pontifices et Confesso-
 res Orate ...
 Omnes Sancti Doctores
 Sancte Antoni Ora ...
 Sancte (Pater) Benedicte
 *(Sancte Maure)
 *Sancte Bernarde
 Sancte Dominice
 Sancte Franciscæ
 Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ
 Orate ...
 Omnes sancti Monachi et Eremitæ
 Sancta Maria Magdalena Ora ...
 *Sancta Agatha
 *Sancta Lucia
 Sancta Agnes
 Sancta Cæcilia

On Holy Sat. & Vig. of Pentecost:
 Sancta Agatha

*Sancta Catharina
 Sancta Anastasia


*(Sancta Scholastica)

Omnes sanctæ Virgines et Viduæ

Orate ...

Omnes Sancti et Sanctæ Dei

Intercedite pro nobis.



Pro-pi-ti-us es-to
" " "

par-ce no-bis, Do-mi-ne
ex-au-di nos, Do-mi-ne

Ab omni malo Libera nos, Domine.

Ab omni peccato

*Ab ira tua

At Forty Hours the following seven invocations are omitted and in their place are sung the invocations in the box at the right.

*A subitanea et improvisa morte

*Ab insidiis diaboli

*Ab ira, et odio, et omni mala voluntate

*A spiritu fornicationis

*A fulgure et tempestate

*A flagello terræmotus

*A peste, fame et bello

AT FORTY HOURS:

Ab imminentibus periculis

A flagello terræmotus

A peste, fame et bello

A subitanea et improvisa morte

Ab insidiis diaboli

Ab ira, et odio, et omni mala voluntate

A spiritu fornicationis

A fulgure et tempestate

A morte perpetua

Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ

Per adventum tuum

Per nativitatem tuam

Per baptismum et sanctum jejunium tuum

Per crucem et passionem tuam


Per mortem et sepulturam tuam

Per sanctam resurrectionem tuam

Per admirabilem ascensionem tuam

Per adventum Spiritus Sancti Paracliti

In die judicii



Pec-ca-to-res

Ut nobis parcas Te rogamus ...

*Ut nobis indulgeas

*Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris

Ut ecclesiam tuam sanctam † regere et conservare digneris

Ut Domnum Apostolicum et omnes

te ro-ga-mus au-di nos.

ecclesiasticos ordines † in sancta religione conservare digneris

Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ † humiliare digneris

Ut regibus et principibus christianis † pacem et veram concordiam donare digneris

*Ut cuncto populo christiano † pacem
et unitatem largiri *digneris*

*Ut omnes errantes ad unitatem Ec-
clesiæ revocare † et infideles uni-
versos ad Evangelii lumen perdu-
cere *digneris*

Ut nosmetipsos in tuo sancto servi-
tio † confortare et conservare *di-
gneris*

*Ut mentes nostras † ad cœlestia de-
sideria erigas

Ut omnibus benefactoribus nostris †
sempiterna bona *retribuas*

*Ut animas nostras, † fratrum, propin-
quorum et benefactorum nostrorum
† ab æterna damnatione *eripias*

Ut fructus terræ † dare et conservare
digneris

Ut omnibus fidelibus defunctis † re-
quiem æternam donare *digneris*

*The ordaining Bishop sings these
invocations at the conferring of
Major Orders:*


Ut hos electos bene†dicere *digneris*

Ut hos electos bene†dicere et san-
cti†ficare *digneris*

Ut hos electos bene†dicere, san-
cti†ficare et conse†crare *digneris*

Ut nos exaudire *digneris*


**Fili Dei*



Agnus De - i, qui tollis peccata mundi


“ “ “ “ “ “

parce nobis, Domine.
ex-au-di nos, Domine.
mi-se-re-re no - bis.



Chri - ste, au - di nos.

Chri - ste, ex - au - di nos.¹



Ky-ri-e e-le-i-son.


Chri-ste e-le-i-son.

Ky-ri-e e-le-i-son.

Pater noster . . . (*in secret*). Ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

R̄. Sed libera nos a malo.

PSALM 69



Deus in adjutorium meum intende; * Domine, ad adjuvandum me festina.

2. Confundantur et *revereantur*, * qui
quærent animam meam.

3. Avertantur retrorsum et *erubes-*
cant, * qui volunt mihi *mala*.

¹ On Holy Saturday and on the Vigil of Pentecost the Litany is terminated here and the *Kyrie* of the Mass is intoned.

4. Avertantur statim *erubescentes*, * qui dicunt mihi: *Euge, euge*.
5. Exultent et lætentur in te *omnes* qui quærunt te * et dicant semper: *Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum*.
6. Ego vero *egenus* et pauper sum; * Deus, adjuva *me*.
7. *Adjutor meus et liberator meus* es tu; * Domine, ne *moreris*.
8. *Gloria Patri* et Filio, * et Spiritui *Sancto*.
9. Sicut erat in principio et *nunc* et semper, * et in *sæcula sæculorum*. *Amen*.

- ℣. *Salvos fac servos tuos*.
- ℞. *Deus meus, sperantes in te*.
- ℣. *Esto nobis, Domine, turris fortitudinis*.
- ℞. *A facie inimici*.
- ℣. *Nihil proficiat inimicus in nobis*.
- ℞. *Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis*.
- ℣. *Domine, non secundum peccata nostra facias nobis*.
- ℞. *Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis*.
- ℣. *Oremus pro Pontifice nostro N*.
- ℞. *Dominus conservet eum et vivificet eum † et beatum faciat eum in terra † et non tradat eum in animam inimicorum ejus*.
- ℣. *Oremus pro benefactoribus nostris*.
- ℞. *Retribuere dignare, Domine, † omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum † vitam æternam. Amen*.

- ℣. *Oremus pro fidelibus defunctis*.
- ℞. *Requiem æternam dona eis, Domine, † et lux perpetua luceat eis*.
- ℣. *Requiescant in pace*.
- ℞. *Amen*.
- ℣. *Pro fratribus nostris absentibus*.
- ℞. *Salvos fac servos tuos † Deus meus sperantes in te*.
- ℣. *Mitte eis, Domine, auxilium de sancto*.
- ℞. *Et de Sion tuere eos*.
- ℣. *Domine, exaudi orationem meam*.
- ℞. *Et clamor meus ad te veniat*.

AT FORTY HOURS: Cf. page 12.

The Celebrant rises

- ℣. *Dominus vobiscum*.
- ℞. *Et cum spiritu tuo*.

OREMUS

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

LET US PRAY

O Lord, to whom it belongs always to have mercy and to spare, receive our humble petition, that we and all Thy servants who are bound by the chains of sin, may by Thy fatherly compassion be mercifully set free.

Exaudi, quæsumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos et a peccatis omnibus exuas; et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

Omnipotens sempiternæ Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro *N.*, et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ; ut, te donante, tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus famulorum famu-

Graciously hear, we beseech Thee, O Lord, the prayers of Thy suppliants and forgive the sins of all who confess to Thee, that Thou mayest grant to us, in Thy kindness, both pardon and peace.

In Thy clemency, O Lord, show to us Thy unspeakable mercy, that we may be both freed from all our sins and snatched from the punishments we have merited for them.

O God, who by sin art offended and by penance pacified, mercifully regard the prayers of Thy people making supplication to Thee, and turn away the scourges of Thine anger, which we deserve for our sins.

Almighty, everlasting God, have mercy on Thy servant *N.*, our sovereign Pontiff, and direct him according to Thy clemency into the way of everlasting salvation, that by Thy grace he may both desire those things that are pleasing to Thee, and perform them with all his strength.

O God, from whom are all holy desires, right counsels and just works, grant to Thy servants that peace which the world cannot give, that, our hearts being set to obey Thy commandments, and the fear of our enemies being removed, we may by Thy protection pass our time in peace.

Inflame, O Lord, our reins and hearts with the fire of the Holy Spirit, that we may serve Thee with a chaste body, and please Thee with a clean heart.

O God, the Creator and Redeemer of all the faithful, grant to the souls

larumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R̄. Amen.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R̄. Et cum spiritu tuo.

of Thy servants departed the remission of all their sins, that, through our loving supplications they may obtain the pardon which they have always desired.


Direct our actions, O Lord, we beseech Thee, by Thy holy inspirations, and graciously continue to aid us, that every prayer and work of ours may take its beginning from Thee and through Thee be happily ended.

Almighty and everlasting God, who hast dominion over the living and the dead, and art merciful to all whom Thou foreknowest shall be Thine by faith and good works, we humbly beseech Thee, that they for whom we intend to pour forth our prayers, whether this present world still detains them in the flesh, or the world to come hath already received them out of their bodies, may through the intercession of all Thy Saints, by Thy fatherly compassion obtain the remission of all their sins. Through our Lord...

R̄. Amen.

Ÿ. The Lord be with you.

R̄. And with thy spirit.



Ex-au-di-at nos o-mni-pot-ens et mi-se-ri-cors Do-mi-nus. Amen.

Ÿ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

R̄. Amen.

Ÿ. May the souls of the faithful departed through the mercy of God rest in peace.

R̄. Amen.

AT FORTY HOURS

The First Day: Dominus vobiscum, and the prayers as below.

The Third Day: The procession takes place here, after which the following Versicle is sung:

Ÿ. Panem de cœlo præstitisti eis (T.P. Alleluia).

R̄. Omne delectamentum in se habentem (T.P. Alleluia).

The celebrant then rises and sings:

Oremus

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue, quæsumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus.

Let us pray

O God, who in this wonderful sacrament hast left us a memorial of Thy passion, grant us, we beseech Thee, so to venerate the sacred mysteries of Thy body and blood, that we may ever experience within us the fruit of Thy redemption.

Then is sung:

(From Advent to Christmas)

Deus, qui de beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum, angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

O God, who didst will that Thy Word, at the message of an angel, should take flesh in the womb of the Blessed Virgin Mary, grant that Thy petitioners, who verily believe her to be the Mother of God, may be assisted by her intercession with Thee.

(From Christmas to the Purification)

Deus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti; tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

O God, who by the fruitful virginity of Blessed Mary, hast given to mankind the rewards of eternal salvation; grant we beseech Thee, that we may experience the intercession of her by whom we have deserved to receive the Author of life, our Lord Jesus Christ, Thy Son.

(From the Purification to Advent)

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa beatæ Mariæ semper Vir-

Grant, we beseech Thee, O Lord God, that we Thy servants may enjoy perpetual health of mind and body; and by the glorious intercession of

ginis intercessione a præsentī liberari
tristitia, et æterna perfrui lætitia.

the Blessed Mary, ever Virgin, may
be delivered from present sorrow and
possess eternal joy.

(Paschal time)

Deus, qui per resurrectionem Filii
tui, Domini nostri Jesu Christi, mun-
dum lætificare dignatus es; præsta,
quæsumus, ut, per ejus Genitricem
Virginem Mariam, perpetuæ capia-
mus gaudia vitæ.

O God, Who didst vouchsafe to
give joy to the world through the
resurrection of Thy Son, our Lord
Jesus Christ, grant, we beseech Thee,
that through His Mother, the Virgin
Mary, we may obtain the joys of
everlasting life.

And he continues:

Omnipotens sempiterne Deus,
miserere famulo tuo Pontifice nos-
tro N., et dirige eum secundum tuam
clementiam in viam salutis æternæ;
ut, te donante, tibi placita cupiat, et
tota virtute perficiat.

Almighty everlasting God, have
mercy on Thy servant N., our
sovereign Pontiff, and direct him ac-
cording to Thy clemency into the
way of everlasting salvation, that by
Thy grace he may both desire those
things that are pleasing to Thee, and
perform them with all his strength.

Deus, refugium nostrum et virtus,
adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus,
Auctor ipse pietatis, et præsta, ut
quod fideliter petimus, efficaciter con-
sequamur.

O God, our refuge and our
strength, and the Author of all good-
ness, give ear to the pious prayers of
Thy Church, and grant that what we
faithfully ask, we may effectually ob-
tain.

Omnipotens sempiterne Deus, qui
vivorum dominaris simul et mortuo-
rum, omniumque misereris, quos tuos
fide et opere futuros esse prænoscis,
te supplices exoramus ut pro quibus
effundere preces decrevimus, quosque
vel præsens sæculum adhuc in carne
retinet, vel futurum jam exutos cor-
pore suscepit, intercedentibus omni-
bus Sanctis tuis, pietatis tuæ clemen-
tia omnium delictorum suorum veni-
am consequantur. Per Dominum no-
strum Jesum Christum Filium tuum,

Almighty and everlasting God,
who hast dominion over the living
and the dead, and art merciful to all
whom Thou foreknowest shall be
Thine by faith and good works, we
humbly beseech Thee, that they for
whom we intend to pour forth our
prayers, whether this present world
still detains them in the flesh, or the
world to come hath already received
them out of their bodies, may
through the intercession of all Thy
Saints, by Thy fatherly compassion

qui tecum vivit et regnat in unitate
Spiritus Sancti Deus, per omnia sæ-
cula sæculorum.

R̄. Amen.

obtain the remission of all their sins.
Through our Lord . . .

R̄. Amen.

After the last Prayer

Ÿ. Domine, exaudi orationem
meam.

R̄. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Exaudiat nos omnipotens et
misericors Dominus.

R̄. Et custodiat nos semper. Amen.

Ÿ. Fidelium animæ per misericor-
diam Dei requiescant in pace.

R̄. Amen.

Ÿ. O Lord, hear my prayer.

R̄. And let my cry come unto
Thee.


Ÿ. May the almighty and merciful
Lord hear us.

R̄. And may He protect us al-
ways. Amen.

Ÿ. May the souls of the faithful
departed through the mercy of God
rest in peace.

R̄. Amen.

*On the Feast of St. Mark and on Rogation Days
the following commemoration may be sung:*



Be-a-tam me di-cent * o-mnes ge-ne-ra-ti-o-nes, qui-a an-cil-lam
hu-mi-lem re-spe-xit De-us. (T.P. Al-le-lu-ia.)

Ÿ. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. (T.P. Alleluia).

R̄. Da mihi virtutem contra hostes tuos. (T.P. Alleluia).

Oremus

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione a præsentis liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.

Ÿ. Grant that I may praise thee, O holy Virgin.

R̄. Give me strength against thy enemies.

Let us pray

Grant, we beseech Thee, O Lord God, that we Thy servants may enjoy perpetual health of mind and body; and by the glorious intercession of the Blessed Mary, ever Virgin, may be delivered from present sorrow and possess eternal joy. Through Christ our Lord. R̄. Amen.

or the following:



Do-mi-ne, Rex æ-ter-ne, * qui es tu-o-rum spes certa San-cto-rum,
per o-ra-ti-o-nem ser-vi tu-i (Mein-ra-di) me-men-to no-stri.
(N.....)

(T.P. Al-le-lu-ia.)

Versicle and oration proper to Feast of Patron (Lauds or II Vespers)

